

nalis : *Ab illo*, idem est quod, plus quam ille. Cujus majoris justificationis causam nos doceat S. Bonaventura, inquiens : « Dominus plus pensat unam humilem supplicationem peccatoris ponentis, quam innumerabiles actiones aliejuis justi de se praesumuntur. » Phariseus quidem multis bonis, nisique sanctis abundabat operibus, scilicet elemosynis, jejunis, orationibus et gratitudine erga Deum, sed hec omnia unicum conspicebat vitium superbie; unde S. Paulinus ait : « Quod justitia edificabit, superbia destruet; illi in corde contrito, sui accusator accipitur et obtinet veniam de confessio peccatis propter gradum humilitatis, » sancto illo Phariseo, quales Judai sancti sunt, reportante, sarcinam peccatorum de jactantia sanctitatis. Eadem penitus sententiam de damnosissime presumptiis et complacientiis proprie criminis, tulit S. Chrysostomus, *Hom. xxxi in Gen.*, inquiens : « Etsi quis innumera bona fecerit, virtutemque omnem absolverit; si tamen magnum quid de se sentit, maxime omnium misera bilis est et miser. » Qui idem S. Doctor in alio quodam loco, *Rom. iv de verb. Isa.*, similitudinem instituit duarum navium, quarum prima pretiosis operata mercibus, Pharisei designat bonitatem et spiritualitatem; altera vero vacua et disuta Publicanum peccatores figurat : « Vis tibi dicam, quantum bonum sit humilitas et quantum malum arrogancia? Venerunt due naves, habentes onus, ambe portum ingressae sunt, sed Publicanus perire in portum appulit, Phariseus autem naufragium perpessus est; ut disceres, quantum malum sit animi tumor. » Presumptio haec in malitia seu transiit maris denotatur, qui sicut haec majorem debito confidentiam et securitatem nautis ingerendam, eosdem in presens periculum precipitat, ita pariter, qui gradiens per viam Domini, ablactatur a superbia, in extremo periculo versatur. Et ideo forte notanter dicitur : *Pharisæus stans;* quasi Christus docere vellet, hunc a Phariseo electum esse corporis sicut, ut contra omnem se casum firmaret; sed turpiter abravat, juxta quod scriptum est : *Qui se existimat stare, videat ne cedat;* *1 Cor., x, 12; cum metu et tremore salutem vestram operamini.* *Phil., ii, 12.*

3. — Niam divine misericordiae abundantiam obstupescens Jansenius, ait : « Observandum, quanta sit Dei benignitas, qui tam brevi oratione, tamque parva penitentia superatus, mox penitentem in gratiam recepit et rursus, quanta sit apud Deum humilitatis vis. » Didacus Stella, sollicite considerata Publicani humilitate, plurimis onerata peccatis, hujusmodi tandem discursum adducit : « Si humilitas cum peccatis tantum valet, ut etiam Pharisei sanctitatem superet, quid efficisset eadem humilitas cum pietate conjuncta? Si arrogantia adeo mala est, ut sanctitatem vineat, si

« fuisset cum peccatis aliis copulata, quid egisset. »

4. — Chrysostomus, Publicanum nimia sua in sufferendis Pharisaicis contra se insultibus patientia, misericordiam sibi divinam promeruisse existimat, dicens, *Hom. de David et Saul* : « Accipit eum probrum et ablit probrum, agnoscit peccata et depositum peccata, et crimum accusatio facta est illi crimum remissio, quot labores erant Publicano subeundi, jejunando, humili dormiendo, vigi lando, bona sua egenis impertiendo, longo tempore in sacra et cinere sedendo, ut illa tam multa peccata posset deponeantur. At nunc cum nihil tale fecerit, simplici verbo omnem depositum iniquitatem; probra, convicatio Pharisei, qui videbatur illum confundela afficer, pepererunt iustitiae coronam; idque sine laboribus, sine sudoribus et absque longi temporis mora. »

5. — *Pro anima tua ne confundaris dicere verum,* dicit nos Ecclesiasticus, iv, 24, 25, est enim confusio adducens peccatum; et est confusio, adducens gratiam et gloriam. Publicanus hic non solum se peccatore profiteri non erubescit, sed suis etiam verbis et actibus enormiter se et maximum reum esse protestatur, indignum, qui oculos sublevet in celum, dignum, qui omnes a Phariseis patiatur insultus. Ast haec tanta confusio, qua se exanimavit Publicanus, gratia eudem plurima locupletavit et tam apud homines quam Deum, in terris et in celis, in gloria sublimavit; unde S. Ambrosius, *lib. II de Officiis*, xvii, ait : « Multum verendum placet, multum conciliat gratia apud Deum; nonne hac præluit Publicanum et commendavit eum, qui nec oculos audebat ad celum levare? »

Quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur.

6. — Acute advertit Didacus Stella, Christum tertio hujus sententie meminisse in Evangelio, scilicet, *Matt.*, xxv, *Luc.*, xv, et hodie. Sancta Mater Ecclesia, a Spiritu Sancto edocta, tertio pariter per annum, in tribus Evangelii, eamdem nobis doctrinam inculcat; neque mirum, quia in Christi, Sapientie aeternae et increatae schola, nulla erat lecio frequenter aut crebrior quam haec : *Discite a me, quia misericordia et humilis corde.* Cujus tamen aliam rationem et moralen quidem ipse Stella tradit, inquiens : « Ad immundam triplice humilitatem, cordis scilicet, oris et operis. »

7. — Lyranus denique hanc adducit similitudinem, a statera desumptam : « Sicut enim in statera materiali, una parte depresso, altera elevatur et e converso; sic in statera divinae justitiae decreta sunt est, ut, qui elevantur per superbiam in presenti vita, deprimantur per peccatum confusibilem in futura, et e converso, qui se humiliant in presenti propter Deum, in futuro ad gloriam elevantur. »

Additiones.

a. — *Dico vobis, descendit hic justificatus in domum suum ab illo.* Cur hic Publicanus potius quam Phariseus? Respondet D. Zeno Veronensis, *Serm. i in Psal. xiii* : « Publicanus enim, » ait, « non membrum brachii, sed totus exorat; quia timore totus est humilis, sua peccata contestans, secundum dominum dictum; a quo procedunt universa genera peccatorum, pectus crebro percussi, quodammodo consummatum manu verecunde castigat. » Opponitur Publicanus Phariseo; nam Phariseus membratum oculis, manus ac voce esse Deo offerebat, cor tamen sibi retinebat. At Publicanus non membratum, sed ipsum cor Deo, a quodammodo quidquid in nostra vita est, totum Deodabat. Deus enim totum cor nostrum habet. Desiderat. S. Petrus utique magno Dei amore exarsit, nam interrogatus : *Petrus, amas me?* Ex vestigio respondit : *Tu es quis amo te.* Hujus autem ardenti amoris luculentum indicium edidit, siquidem suo et omnium discipulorum nomine protestatus, dixit : *Ecce nos reliquimus omnia.* Notate verbum, *omnia.* Ipse autem Deus pacis, dicebat

b. — *Bene dicitur, qui seipsum exaltat, humiliatur;* non vero qui exaltatur. Aliud enim est honoris et gradus querere, et aliud non quæsitos, imo contemptus admittere. Ibi enim non honor, sed honoris et prelature reprobatur ambitio. Illi autem qui dignitates fugiunt, et accipere detrectant illis accipendiis, digniores et aptiores flunt.

31. Exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos.

32. Et adducunt ei surdum et mutum; et deprecabantur eum, ut imponat illi manum.
33. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas ejus, et expuens tetigit linguam ejus.
34. Et suspiciens in celum, ingemuit et ait illi : Ephpheta, quod est, adaperire.
35. Et statim aperta sunt aures ejus, et solutum est vinculum linguae ejus, et loquebatur recte.
36. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto plus prædicabant.
37. Et eo amplius admirabantur, dicentes : Bene omnia fecit, et surdos fecit audire, et mutos loqui.

VERSUS 34.

Exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos.

Exiens de finibus Tyri.

1. — Probe equidem noverat Salvador noster, populum Gentilium sibi in fide esse despontandum, iuxta illud propheticum dictum, *Osee., n, 20: Sponte te mihi.* Sciebat ex eo coadunandam fortitudinem suorum multitudinem; nihilominus ut omnem declinaret præcaveretque Iudeorum suspi

cionem et murmur, transeunter tantum beneficia impertit Gentilium districtibus. Unde Theodoreus ait : « Confestim revertitur. » Id quod etiam diversis licet verbis, insinuat Theophylactus, dicens : « Non moratur diu in Gentilium locis, sed statim transit, ne daret occasionem Iudeis dicendi, quod prævaricaretur legem, Gentilibus se miscet. » Quia enim, ut Mattheus, xv, 22, referit, filiam Chananaeæ, que Gentilis erat, sanaverat, ideo, ne Hebreis occasionem præberet causandi, quod in gratiarum suarum distributione, erga illos partialis esset, parcus vero erga se, de industria,

quevis ad illum adducta infirmorum genera sanare voluit; qua in re etiam docere voluit, ut ex Christiana charitate omnem ex parte nostra removere mus a proximis nostris occasionem murmurationis et scandalis, ne forte sinistrum alias de nobis sibi forment conceplum.

2. — Dionysius Carthusianus, civitatem hanc divitem et opulentam fuisse observat, protinus ei Ezechielis cap. xxvi, 27, colligitur, Verba Dionysii, Serm. i in *Evang.*, sunt: « Que fuit urbs antiqua ac opulenta et olim clarissima; » ac proinde, Redemptorem nostrum in ea modico tempore demoratum fuisse mirum non est, quia divites communitor eis sunt indolis, ut licet nonnunquam in timore Dei vivere incipiant, in ea tamen ut plurimum minime perseverent, *Deut.*, xxxi, 15: *Inerasatus, impinguatus dereliquerit Deum.*

3. — Est porro et alia ratio, cur civitates hasce adeo cito deseruerunt, nimurum ne discipulos suos aliqui perversioris exponeret periculum, utpote qui Spiritus Sancti adventu mediante, in gratia nondum confirmati fuerant: *Cum perverso perverteris.* *Psalm. xvii, 17.*

Venit per Sidonem.

4. — Glossa Interlinearis ait, quod « Titus ann. *gustia Sidon venatio* interpretatur. » Et ideo Albertus Magnus ait: « Transiens ut venator animarum, quia Sidon *venatio* interpretatur; » etenim nulla est ad animas capienda melior occasio, quam dum inter adversa angustiantur: *Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt.* *Psalm. xv, 4.*

Ad mare Galilee inter medios fines Decapoleos.

5. — Erat hic districtus regio quedam, que ut Venerabilis Boda assertor, decem sinu suo civitates complectebatur: « Regio decem urbium trans Jordanem ad Orientem. » Interlinearis in illis verbis: *Ad mare Galileam, a fluctuosa voluntate.* nota: per vocem *Decapoleos*, « mandata Decalogi intelligit.

6. — Haymo Halberstadiensis quoque dicit: « Per decapolim designantur Iudei proper deca legum legis. Per mare Galilee designantur Gentiles, qui timidi erant. Veniens Dominus in mundum relinquit Iudeos, qui de preceptis legis erant imbuti et venit ad tumentia corda gentium, ut gratiam ejus, quam Iudei amitterebant non credendo, Gentiles reciperebant credendo. »

Additiones.

a. — *Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem, etc.* Duo hic obiicit Jansenius, quem nobis ad utilles materias pertinacandas viam sternunt. Primo, quomodo Christus venerit per Sidonem, qui prohibuerat Apostolis gentium civitates ingredi?

Ideo autem Christus prohibuerat Apostolis has ingredi civitates, quia licet Apostolorum esset officium gentes convertere, quia tamen boni cum malis conversando citius pervertuntur quam convertant, hinc ad gentes eos divertere noluit. Tametsi Prophetæ regius, bonum esse hominem in societate honorum trinum repetat, dicens: *Cum sancto sanctus eris, cum viro innocentie innocens eris, et cum electo electus eris;* *Ps. xvi, 26;* verumtamen mox ibidem infallibiliter futurum esse asserit, ut ideo homo innocens, electus et sanctus, quamprimum in perversi alienigeni diuturnum consortium incident, protinus sit pervertendus. Statim enim subjungit: *Cum perverso perverteris.* Causa vero hujus tam accelerate perversioris a vita spiritualis Magistris hec communiter assignatur, quia licet firma et stabilia nobis faciamus proposita cavendi, ne a malorum torrente in illorum rapiam sequam, vel mala ipsum imitetur exempla, attamen quia natura nostra ad vitium prona est, magna cum facilitate ab eodem attrahitur et imbutitur. S. Bernardus ad Eugenium scribens, ait: « Ne te dixeris *sanum, dolentem latera;* ubi per latera, malos Eugenii indicabat consiliarios, utpote latere ejus quotidie adhaerentes; unde statim subdit: « Hoc *est, ne te dixeris bonum, malis innitentem.* » Idem quoque Mellitus Doctor, in quadam Epistola sua, salutare quidem esse scribit, cum bonis assidue conversari, sicut et summa laude dignum est in medio perversorum in vita bonitate perseverare; cum hac tamen distinctione, quod illud tantæ virtutis sit, quæque et difficultatis; hujus vero difficultatis rationem duabus similitudinibus breviter exponit, quale nomine est, tangere picem et non inquinari ab ea; in igne sine lassione versari. Etenim virtus in ardore, et circa contraria versatur, et ideo ut securè possideatur ab homine, vel acquiretur, necessarium est, ut sensuallitate sue, nec non depravata et corruptæ nature violentiam inferat, quod non item verum est de vita, quin potius contrarium, siquidem quilibet homo ad illud naturaliter propendet et inclinat.

Secundo obiicit Jansenius: Quomodo egressus de finibus Tyri, per Sidonem iter instituit ad mare Galilee, a quo tamen Sidonem longius multo abesse constat quam Tyrum? Respondetur, quod divinus Magister non precebat suo labore, ac itineri, ut nostro commodo consuleret et saluti, et ideo forte per Sidonem inflexit iter, ut per viam aliquos lucifacaret. Ad animandum nos quoque in studio luceri animarum.

b. — « Samata filia Chananeæ, » ut ait Theophilactus hic, « non moratur diu in Gentilium locis, sed statim transit, ne daret occasionem Iudeis, quod prævaricariet legem Gentilibus se misceat, dicendi. » Quamvis enim in regionibus illis Dominus in sanctis ac piis negotiis versetur,

statim revertitur, suo exemplo nos informans, ne alii scandali occasionem prestemus. Magnam enim semper viri sancti, ac servi Dei sollicititudinem habuerunt de edendis bonis exemplis, arcendisque proximorum scandalis. Tametsi Salvator noster S. Petro claves Coeli consignasset, eudem velut ab aeterno Patre suo in intelligentia, et altissima divinitatis sua scientia colitus edoctum declarasset, quando ipsum Filium Dei confessus fuit, nihilominus, quia ex nimia affectus teneritudine colestem Magistrum sum a redemptione generis humani, quam mediante patibulo crucis, operatus erat, dimovere volebat; eudem his verbis reprehendit: *Vnde post me, Satana. Cuius tam acerbe reprehensionis rationem immediate subjungit, dum ait. Scandalum est mihi, quia non sapis ea quae Dei sunt, sed quae hominum. Quibus verbis omnes fideles instruere voluit ut scirent nunquam se Spiritum Dei habituere esse, sed potius spiritum mundi, nisi caveant ne alii sint ruina et offendiculi occasio. Moyses Deo adeo, ut omnibus constat, acceptus et gratus fuit, ut Dominum a facie in faciem viderit et tamen, quando mortuus fuit, disponit, ut S. Michael Archangelus, prout S. Judas in Epistola sua testatur, post multos cum dæmonio habitos certaminis conflictus, corpus ejus absconderet et veneratione Judeorum subtraheret: sed cur, obsecro, hanc gloriam, licet accidentalem, tolque alias sanctis in conspectu totius mundi concessam, quod hunc magnum Prophetam, impidere voluit? Ratio clara est, quia ut B. Petrus Damiani ait: « Quid est, quod Moyses ab hominum notitia removetur, nisi ut tollatur occasio, ne qui tam Deo charus et familiaris extitisse cognoscatur, divinus honor illi ab Israelite plebis perfidia prebaratur? » Pre omnibus allis sanctum illum senem Eleazarum quis non admirabitur, qui ab amicis, multisque aliis susus, ut ad dandam Antiochio satisfactionem, saltem simularet se vetitas in lege carnes mandare, intrepide respondit: *Premitti se velle in infernum?* eni hanc subiunxit rationem: *Non enim zelati nostre dignum est fingere, ut multi adolescentium arbitrantes, Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenorum, et ipsi propter meam simulationem, et propter modicum vite tempus decipiantur.**

VERSUS 32.

Et adducunt ei surdum et mutum, et deprecabantur eum, ut imponat illi manum.

1. — Lucas Brugensis optime hoc loco nota, quod S. Marcus ex ingenti miraculorum a Christo patratorum multitudinem, quam S. Matthæus, xv, 30, recenset, insigne hoc miraculum pre ceteris describendum suscepit, quod proinde per multis circumstantias in presenti Evangelio recenset: *In quo singularibus Jesus usus est agendi modis;* »

4. — Enimvero Salvator noster, utpote ex itinere defatigatus, licet refectione quadam et refocillatione indigere videretur, ejus tamen loco, illi non solum hic mutus et surdus, sed ut S. Matthæus scribit, innumeri alibi ab eo sanandi infirmi adducuntur, quia optima et gratissima, quam Christus habere poterat, refectio, haec erat, quod se ad benefacendum animabus nostris impendere posset, propterea in occasione occurrenti ad putoem Samaritanæ videtur, quando ex itinere lassus, famelicus et silibundus dixit, sapidissimum et gralissimum cibum esse, animæ illius peccataricis conversionem.

Surdum.

5. — Per hunc miserabilem virum, aurum surditate laborantem, peccator denotatur, peccatores enim, ut Dionysius Carthusianus, *Serm. n. in hac Dom.*, ait : « *Sordi vocantur, quoniam verba salutis, aut omnino non audiunt, aut si ea corporaliter audiunt, non tamen secundum eadem conversantur, sed in suis permanent peccatis.* » Idem quoque Doctor observat, quod Christus sepius dixerit : « *Qui habet aures audiendi, audit, quo loquendi modo Christus non vult dubitare, quin illi, quibuscum loquebatur, revera audirent, sed insinuare vult, quod non cum fructu debito audiant, esque, quae audierunt, non exequantur :* » *Insinuat eos, qui verba Dei non audiunt per salubre effectum, per obedienciam et consensum, aures cordis non habere, id eoque spiritualiter surdos esse.* »

6. — Quidam Evangelii S. Marci interpres, hanc surditatem de illis exponit, qui admonitiones et consilia salutaris inviti auscultant : « *Sordus, non habens auditum Dei, est, qui non vult audire bonum, sepius aures spinis et negotiorum multitudine, ne audiat legem.* »

7. — Salmeron surditatem hanc tunc dignosci posse observat, quando quis strepitem seu rumorem quemdam aut sonum, quantumvis vehementem, surdus non audit : « *Sordus est, qui vehementer sonum vel clamorem non percipit; talis est peccator, qui seipsum ignorans, non audit verbum synderesis, et vermis conscientiam rodentis, et arguens de peccato; qua pena gravissima est, et proprieate ab inferno non abierit.* » Verbum Dei animæ vita est, sicut aer respirantis corporis, *Joan., vi, 6 : Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus et vita sunt.* Sed suas sepe animæ aures vocis divine occludens, mortem eternam irremediabiliter occurrit.

8. — Albertus Magnus existimans, hunc hominem a diabolo obsecsum fuisse, hanc surditatis ejus causam adducit : « *Quia aures arma iniquitatis percutebant, ideo diabolus in auribus fecerat surditatem et maxime a verbo Dei audiendo.* »

9. — Salmeron addit : « *Sordus præterea est, qui Deum præcipiente aut prominentem non*

« *audit, aut qui Deo commandant et penas gehennæ proponenti aures non præbat.* » Teste Christo, manifestum reprobationis cujuscumque animæ est surditas hoc spiritualis : « *Qui ex Deo est, verba Dei audit; præterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* *Joan., vii, 47.* »

Et mutum.

10. — Per hunc hominem, surdum simul et mutum, Dionysius Carthusianus illos designat peccatores, qui confessionem, suorumque peccatorum accusationem negligunt : « *Qui sua peccata sinceriter confiteri non curant, item qui ab orationibus et laudibus Dei lepescent.* »

11. — Per mutum, Albertus Magnus, *Serm. vi in hac Dom.*, con intelligit, qui quidem discurrere non vult, sed nihil sermonis divini aut ad salutem pertinentis importat : « *Mutus est etiam peccator, qui non invocat Deum cum affectu quādū delectatur in peccatis; os enim habent multi peccatores et tamen raro loquuntur bonum, sed malum.* »

12. — Salmeron porro per hunc mutum, dicit figurari spiritualem animæ aversionem, qua ille a peccatorum confessione sese subtrahit : « *Mutus est, peccator, qui non confitetur, ob demonem, qui ut fortis armatus possidet castrum cordis et portam, per quam est expellendus, claudit.* » Motiva autem, que hujusmodi hominibus confessionem odiosam reddunt, eosque mutos efficiunt, idem auctor adducit sequentia : « *Pudore infandorum a crimini, et impunita pollicitatione, et spe longioris vite, et confessionis suo tempore facie, tanquam pressculo quodam claudit ostium, scilicet diabolus.* »

13. — Prædictus idem Auctor in sensu morali, tria ali adducit mutorum genera, ad rem nostram accomodatissime : « *Mutus est, qui Deum non confitetur coram hominibus, qui taciturnitate sua permittit irrogari proximo, quem loquendo arcessat, qui delinquentem ex ignorantia non instruit et corrigit.* » In quo sensu longe ante compellavit reprehendit Prophetæ Isaías, *xvi, 10*, superiores et prelatos illos, qui taciturni nimis ad omnia obmutescunt suorum vita : « *Canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormientes.* »

14. — Sorditas hominem elinguem reddit, qui surdus loqueland adscire nequit, inique hoc astutia se prodit diaboli, primo homines redditis surdos, ne divinam vocem aut inspirationes internas auscultent, postea autem eorumdem occidentis ora, ne vel peccata sua confiteantur, vel orationes frequentent, vel de divinis sermones instituant. Unde Jansenius inquit : « *Sordus iste et mutus designat eum, qui nec aures habet ad audiendum sermones Dei, sed obturatas habet in modum aspidis, adversus sapientis incantatoris vocem, nec lin-*

« *guam habet ad confessionem propriæ turpitudinis, ac divine misericordie et bonitatis, sed tantum ad obsecrationes, maledictiones, stultæ loquias; et id genus, ita loquitur quidem, sed non recte.* »

15. — Dionysius Carthusianus, in hocce misero, peccatorem contemplatur in criminibus habituatum : « *Præcipue consuetudo prava efficit mutantem et surdum.* » Id quod S. Augustinus sibi, tanquam tringita et plurim annorum insordidato peccatori applicans, exclamat, *Solli., xxxi :* « *Vix surditi illi, quando non audiebam te, intonasti despser voce grande in interiorum aures cordis mei, rupisti surditatem meam et audiui vocem tuam.* »

16. — Hugo Cardinalis in sensu allegorico miserum hunc ita representat : « *Surdus et mutus est genus humanum, quod in Adam est surdum per inobedientiam et mutum a confessione laudis divinae; quia non est speciosa laus in ore peccatoris. Peccatori autem dixit Deus : Quare tu enarras justitas meas?* » Præcipue autem auctor in praesenti Ecclesiastico redarguit negligentes in officiis suis et disciplina secularium, quos vi muneris sui erudire tenentur : « *Specialiter surdi sunt clerici, quia verbum Dei audire nolunt; et moti, quia predicare nolunt, nec in Ecclesia cantare.* »

17. — Eamdem nobis allegoriam tradidit Beda, *Hom. in hac Dom.*, inquisiens : « *Obsurdit namque homo ab audiendo vite verbo, postquam mortis fera serpentis verba contra Deum tumidus audiuit; mutus a laude Conditoris effectus est, ex quo cum seductore colloquium habere presumpsit.* »

18. — Albertus Magnus, *Serm. lxvi in hac Dom.*, in hoc surdo et elinguì conditions notat peccatoris, iuxta illud Davidis, de adulterio profisit, testimonium : « *Ego autem tanquam surdus non audiabam et sicut mutus non operies os tuum.* » Quæ ita prosequitur : « *Peccator quandiu in peccatis est, surdus est, quia non auditum cum effectu clamorem vocacionis divinae, qua nos vocat ad permanentiam.* » Unde merito Deus per eundem Psalmistam lamentatur in hac verba, *Psal. lxxviii, 4 :* « *Laboravi clamans, rauce fuit sunt fauces meæ.* »

19. — S. Thomas, *Serm. in hac Dom.*, tres a quoquecumque peccante contrahi docti infirmitates; nimis : « *Primo, excitationem, per mentis oblationem; Sophon., i, 17 : Ambulabunt ut exæci, quoniam Dominus peccaverunt.* Et *Eph., iv, 18 : Tenebris obcecum habentes intellectum.* Secundo, surditatem, per inobedientiam rebellionem. Tertio, mutitatem propter peccatorum suorum occultationem. *Job., xx, 12 : Cum dulce fuerit in ore ejus malum, abscondit illud sub lingua.* »

Et deprecabantur eum.

20. — Rationem sollicite discutit Dionysius

Carthusianus, quare hec pia et devota turba miserum istum hominem ad Christum portarit, proque eo supplex facta fuerit, dicitque : « *Per hoc spirituualiter datur intelligi, quod mente surdi seu vitiosi, per seipso se non valent accedere, cum non sint in charitate, quæ sola ducit ad Deum.* » In quorum confirmationem, adducit S. Augustinus exemplum, quem hæreticum, vitæque dissolute deditum, sanctissima ejus mater vi et efficacia orationum surarum ad S. Ecclesiae simum reduxit : « *Deus frequenter confortat aliquibus gratiam, meritis et preciis aliorum, utpote Sanctorum in celo triumphantum, ac devotorum in terris adhuc militantium.* » Salmeron mutum hunc intercessionem aliorum necessariam habuisse docet, utpote qui ipse lingue beneficio substitutus esset : « *Habentes usum lingue, deprecabantur pro eo, ut intelligentiantur, qui usum lingue liberum habent et gratia valent apud Deum, se intercedere debere pro nescientibus vel impotentibus deprecari, id est, pro peccatoribus.* »

21. — Albertus Magnus autem discurret : « *Hæc est intercessio astantium, quedam sancte Ecclesiæ sicce intercessio, Jacob., v, 16 : Orate pro invictis, ut salvemini; multum enim volet deprecatio justi et assidue.* » Benignissimus Deus unicum omnium malorum nostrorum remedium nobis assignavit orationem, quam proinde turba hec ex charitatis visceribus, ut miraculosam miseri illius sanitatem impetraret, liberaliter impendit; gaudet Deus impetrari nobis beneficia sua, sed non sine prævia oratione nostra; si namque turba hec ex preciis et instantiis suis non supplices defectum muti, nunquam sanitatem ejus extorsisset; at proh dolor, peccatores multi in tantam Dei suæque salutis oblationem venere, ut nonquam a peccatorum statu recederent, nisi aliorum precium sufflarentur.

22. — Horum damnationis impatiens, ferventissimus ille salutis animarum zelator, S. Joannes, ita quilibet interpellat Christi fidem, *I Joan., v, 1, 14 : Hec est fiducia quam habemus apud eum, quia quandocumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit nos; et scimus, quia audit nos, quidquid petierimus.* Qui sit, fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat et dobitur vita peccanti non ad mortem. Ubi Jansenius ita subsumit discursum : « *Docemur in offerentibus, quid valeat aliena fides et oratio, et quam sollicitudinem debemus his maxime, qui sibi non sufficient.* »

23. — Chrysostomus ponderans illa Apostoli, *II Cor., i, 9, verba : Ut non simus fidentes in nobis; sed in Deo, qui de tunc periculis nos eripiat et eruit, in quem speramus, quoniam et adhuc eripiet; adjurantes et vobis in oratione pro nobis; ita serabit :* « *Deus frequenter reveretur multitudinem unanimem et consentientem in precando, ut velut pudore vicis, non audeat illi denegare.* »

24. — Salmeron moralem horum verborum sensum adducens, ex predictis verbis debitum elicit advocateorum, ut scilicet ad imitationem horum spontaneorum bajulorum et oratorum, ipsi quoque ex charitate, pauperum causis et negotiis patricientur : « Advocati etiam et judices agant causas pauperum, qui loquela destitutus et ius suum vel non intelligunt, vel proponere non valent. » Porro Glossa Interlinearis per hosce deprecatores, sedulosque intercessores, intelligit : « Patriarchas et Prophetas, incarnationem Domini desiderantes. »

Ut imponat illi manum.

25. — Archisynagogus filie sue resuscitationem a Christo imploratorem, *Matth.*, ix, 18 : *Impone, inquit, manum tuam super eum et vivet.* Iterum *S. Marco*, vi, 5, teste, Christus *infirmos impositis manibus curvit*. Hancque illius petitionis causam in turba praesenti fuisse existimat Salmeron, quia « ita videnter, Iesum alios hujusmodi infirmos curasse. » Nihilominus ad sensum moralem transiens, docet, quod haec religiose turbe supplicia, ut intentum assequatur, sequentibus debuerit esse vestita conditionibus ut imponat illi manum, non tantum sinistram in timoris, de qua *Job*, xix, 21 : *Manus Domini tetigit me, sed etiam manum dexteram amoris, de qua dicitur, Psal. cxviii, 173 : Fiat manus tua ut salvet me.* Et rursus, *Psal. cxlv,* 16 : *Aperis tu manum tuam et imples omne animal benedictione; manum etiam Sacerdotis, ministri Dei, cui dictum est : Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Sacerdotis enim maxime est, manus imponere super agros, ut bene se habeant.

26. — Praeclarum aliam ex hisce verbis doctrinam deducit auctor, dicens, nostrarum quidem partium esse, pro salute proximi intercedere et supplicare; at solus Dei, manum imponere, id est, salutem conferre. « Fac quod tu potes; et Deus prestat quod tu non potes : *Nisi Dominus custoderit civitatem, frustra vigilat, qui custodit eum.* *Psal. cxxvi, 1.* »

27. — Denique Simon de Cassia ingeniosum simul et moralem circa haec verba instituit sumnum, inquiens : *Habet autem quid oculi mysterii et moralis, quod manus expeditur imponenda; ut eadem manus sit plasmans et liberans : Manus tua, Domine, fecerunt me et plasmaverunt me.* *Psal. cxviii, 73.* Neque enim incredibilis est, turbam hanc, celesti suggestore Spiritu, cognovisse, quod Christus versus esset Creator, posselque corpus hoc defectuosum sanare, restituendo illi omne id, quo ipsum inimicis infernali spoliaverat, nam teste Dionysio Carthusiano : *Factus fuit talis a demone, ipsum possidente, qui usum lingue et aurum impeditiv in eo; unde in Matthaeo legitur : Tunc oblitus est demonium habens, exercit et mutus.* *Matth., xii, 22.* Notandum vero, nullam de hac

turbafieri mentionem reddendi auditus aut loquela, sed tantum *deprecabantur, ut imponat illi manum;* quasi dicentes : Profitemur, te ipsum illum esse, de quo S. Prophetæ David testatur : *Manus tua, Domine, fecerunt me et plasmaverunt me, totum in circuitu.* Cognoscetib[us] utique hanc eamdem esse manum, que S. Zacharie, S. Joannis patri loquela restituit : *Etenim manus Domini erat cum illo; apertum est os Zacharie.* *Luc., 1, 66.*

Additiones.

a. — *Et adducunt ei surdum et mutum.* Hee malu inveniuntur hunc hominem ob sua peccata; de ipso enim sancto dicitur : *Loquebatur recte;* quod interpretari potest, non solum expedite et absque halitione, sed etiam bene et consone, quasi quod antea esset linguosus, et male proferret verba, modo vero infirmitate depensis morigeratus, ac in sermone prudens; ergo haec mala eum apprehenderunt, ut ipse in sua casigitatione emendaretur, ac ab ipsis vitiis resipisceret. Suan enim Deus offert misericordiam, nosque invitus et remisse castigat, supplicia et nostram ordinans utilitatem, nunquam a divina misericordia separata, licet nos ipsi eadem per peccata nostra provocemos. *Expectat Dominus ut misereatur vestri, et ideo exultabit parsens vobis.* *Isa., xxx, 18.* Cum patientia nos præstolatur, et expectat, ut suam nobis misericordiam exhibeat, idque cum non minori sollicitudine et anxietate, ac si ab hoc, exaltatio et gloria ejus dependet. D. Chrysostomus, in sermone quadam, cui titulus : *Damones non gubernare mundum,* inquit : « Nunc mihi sermonem meum memoria tene, unquam ex ea clabi sinte : Deum minirum, non modo cum affici beneficiis, sed etiam cum puni, bonum esse ac benignum, nam et ipsius pene ac supplicia beneficiorum ejus sunt pars maxima et providentia genus maximum. Cum ergo famem, pestes aeris, siccitates, imbris continuos, et aeris inaequitates, vel aliud quidquid videbis, quo genus humanan puniatur, ne ægea feras, neque indigneris, sed adora rerum illarum Auctorem. Ille quis est, qui haec memendetur et corrumpus castigat, ut anima emendetur; juxta illud Psalmista : *Cum occideret eos, tunc quererent cum et diluvio veniebant ad eum.* Medicus non cum egrum in hortos a prata deducit laudandum est tantum, nec cum in balnea et piscinas aquarum, nec cum opipare mensam apponit, sed cum lecto affigil, et dominum convertit in carcere, cum seat et urit, cum acerba porrigit medicamenta, ex quo medicus est. An non igitur absurdum est illum tot malis illatis, medium vocari, Deum vero si quid tale presisterit, si famem et mortem inverxit, blasphemare, atque illi curam universi detrahere? » S. Antonius de Padua similiter hanc misericordie Dei supplicia sua

in beneficium nostrum ordinandi inventionem, his verbis considerat : « Misericordiam providit ut juxta quantitatem delicti et culpe, quosdam videlet inspirando, quosdam commandando vel perintendo redcat. »

b. — *Venerabilis Beda* hosce adducentes describens, amicos et consanguineos hujus hominis fuisse affirmat. Alii vero de turba fuisse dicunt, et inde maxime laudandi, quia caritatis affectum huic misero non denegaverunt; et certe laudabilis hic populus qui saluti proximi sic propicit. Nam scienti discipuli demonis proprii tantum student commendis, ita Dei discipuli salutem promovent etiam alienam, idque vera caritatis motivo, que nos veros fideles esse ostendit; illius autem defectus convincit nos demoni esse sequaces. Christus Salvator noster in celebrerrimo sermone illo quem in ultima Cena, quando a discipulis quod præsentiam corporalem separandus erat, ad eosdem habuit, certiores illos facere voluit de signo ex quo agnosceridi essent tanquam veri disciplinae et doctrine sue professores et sectatores, dum ait : *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis.* Sed ex quo signo id dignoscendum erat? Num forte ex dono propheticæ? Ex omnium idiomatico, seu linguiarum peritia? Ex scientia et sapientia infusa, in qua emicuerunt? In collata ipsis super demones potestate? Ex idolatrio demotum, ex variorum populorum conversione? Ex arcanorum mysteriorumque divinorum revelatione? Ex paupertate apostolica? Ex libenter et patienter tolerata crudelissimorum suppliciorum carnificia? Ex patratis portentis, cœcis illuminatis, ex auditi surdis, loqua mutis, vita defunctis restituta? Minime genitum, quia miracula supernaturale patre non est indubitatum solidæ stabilisque sanctitatis signum, aut argumentum; quia probabilis, valdeque fundata est variorum Doctorum opinio, quod etiam Judas traditor vera patravit miracula; immo multis eorum, quos mundus sanctos esse arbitratur, Dominus dicet : *Discidete a me operari iniuritatis.* In quo igitur : *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, ad uenientibus habuerint ad uenientibus.* Unde Chrysostomus ait : *Omissis miraculis, dilectionis eos signo notat, quando haec maxime sanctorum hominum est incidium.* » Hi qui cum proximis concordes non sunt non merentur nomen fratrum, nec ab Ecclesia pro fidelibus recipiuntur, aut agnoscentur. Unde in sacris Canticis verba illa dolore plena leguntur : *Fili matris meæ pugnaverunt contra me.* Circa quæ merito queri potest, cur Sponsa illos fratres suos non appellat, cur ab illa per circumscriptionem : *Fili matris meæ?* Pro responsione notandum, quod in eadem periodo rixarum mentio fiat : *Pugnaverunt. Qui ergo amorem fraternum non habent, nec curant, non merentur ut a Sponsa, id est, ab Ecclesia agnoscantur pro fratribus, id est,*

pro fidelibus et sequacibus suis. S. Chrysostomus Joabi factum, quod committit quando amasiam tradidit occidere, dixit : *Salve mi frater, et tenuit manu dextera manum Amasia quasi osculans eum, hoc inquam mente recolens S. Doctor ait : « Fratrem a te vocal, et quasi hostem te occidit. »*

c. — Non constat mutum fuisse demoniacum, licet id existimat Theophylactus. At si hoc ita esset, Evangelista expressisset, ut in aliis miraculis, id fieri solet a sacris Scriptoribus; cum demonis ejus spectaret ad miraculi commendationem. Magne tamen hec sunt corporis infirmitates, sed majores animæ; insigne malum est surditas anime, sed nec minus lingue privatio, ejus etenim salus in loquendo consistit per confessionem. *Vide quæ diximus de muto, Dom. III Quadrag.* Insuper surdastros ad audiendum verbum Dei nos efficit prosperitas temporalis.

d. — Non sunt homines isti contenti quod pro absento loquerentur, sed ipsum etiam adducunt, ac ante oculos Christi presentant, ut visa summa hominis miseria, divinam pietatem ad subvenientium dum aliecent; saepè quidem non rogatus Dominus similia patravit miracula; ad quid ergo voluit, ut hic homo, sibi grossibus ambulans, adduceretur et pro eo adducentes deprecarentur? Sic, scilicet, sese Christus semper ostendit corporum et animarum curatorem, ut nostrum se meminisset esse Doctorem; et ideo adduci coram se surdum et mutum voluit, ut instrueremur, quod Deus semper velit, ut quantum in nobis est, Deo auxilium conferentem collaboraremus, et operationem nostram adjungamus, et tunc ipse prestans sumum adjuvamen, totum perficit, compleat et absolvit. Ad rem pulchram D. Chrysostomus, *Hom. iii in Genesi*, ait : « Considera quando, quod a nobis est, offerimus, largiter et divinam operationem consequimur; nam ne desideres et supini simus, vult etiam nos aliquid conservere, quo sic sua declareret, et non totum sit superius auxili, sed oportet etiam nos aliquid simul afferre; neque a nobis exigit totum, sciens infirmitatis nostræ excellentiam, et servans suam misericordiam; et volens aliquam occasionem offere, ut suam declaret liberalitatem, expectat ut offeramus, quæ a nobis sunt. » Assistentia enim Dei, qua in tentationibus protegimus, nostram exigit cooperationem. Consulebat propterea nobis S. Apostolus, *II Cor., vi, 1*, dicens : *Exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis; ut enim Tempore accepto exaudiiri te. Ecce verbum hoc, exaudiiri, supponit animam prius ad Deum fodisse preces, eique se commendasse.* « Quis tam immemor pugnam, » verba sunt S. Thome de Villa-nova, « tot laqueos tot insidias vincere aut declinare poterit, nisi Dei fuerit protectione munitus? Quid facit hominio fragilis et ignorans, tot venenosa forum serpentum cœni circunvallatius? Unicum

« ei superest remedium, divinum implorare subsidiū, celestem invocare tutelam. » Ex parte igitur nostra succursus divinus postulandus est, quia, « Dii facientes adjuvant. » Protagam eum quantum cognovit nomen meum; clamabit ad me, et ego exaudiatur eum. Ostendit deinde idem Villanovus Deum ex parte sua non deesse, ut nobis suerat; at nos eum non invocamus : « Nulla est tibi execusatio, si eadis, nulla querelae ratio, si lapsus in peccata dammaris. Noli causas, noli allegare, quod fragilis et excus cum astutissimo et fortissimo serpente confixisti. Quid mirum, si cado, si superior, si prosterior? Quis ego eram ut cum tanto gigante configrarem? Non sequo marte pugnabam, non cum equali decertabam. Quae est haec justitia, ut cum impari certamine vicius perpetuo damnum abysso, et supplicio depulerem? Audi peccator: Aderat tibi Deus a latere. Angelorum subdium tibi paratum erat. « Quare non clamasti? Quare non invocasti? Cur de tuis viribus confidisti? Cur solus cum multis certare presumpsi? Cur paratos Angelos tecum in praelium advolare neglexisti? Tua culpa, tua superbia, tua inertia, vicius es, ac propterea ponas victimus lues. »

e. — Et deprezabantur eum ut imponat ei manum. Non vacat mysterio, quod hi viri deprezabantur Christum, ut imponeret huic misero et afflito manum. D. Ambrosius, *Psalm. xvii.* super haec verba: *Manus tua fecerunt me, scribens, Serm. x.* ait, et simul nobis aperit mysterium: « Magna commendationis exordio suis est, ut opus Dei se esse dicere, quo faciliter citra operis sui gratiam favor inclinaret Auctoris. » Et sicut David citus impetrare sperabat, quia opus manus Dei se esse proponebat, sic et hi adducentes, per impositionem manus idem remonstrare volebant, ut eo citius impetrarent quod volebant. Unde maximum hominem est beneficium, dum corpus ex luto compactum, flatuque suo animation, ad maximam utilitatem illi imperitiū Deus, qua propter ad gratiarum actionem obligamus. Deum alicui dare quod sit in rerum natura, quo cumque tandem modo, beneficium magnum erat, quia illum hoc faciendo et nihil eduxit; et vero Deum nobis deditus esse aliquod adeo nobile et sublime, quia idipsum per aquivalentem gratitudinem recompensare valebit? S. Antonius, in sua Summa, de hac materia disserens, hanc instituit considerationem: « Invitani creature ad redintegrandum Deo, quia omnes, exceptis Angelis, sunt inferiore nobis; et cum Deus potuerit nos facere vilissimas creaturas, nobilissimas fecit. » Narrat quoque, quod dum SS. Patres in errore, in conferentia suis spiritualibus congregati essent, unus illorum dixerit: « Benedictus Deus qui fecit tot innumeritas et mirabilis creaturas, ex quibus nulla est, quae me non doceat Deum

laudare et regnari. » Quod audiens quidam qui modicam habebat vite spiritualis experientiam, eidem opposuit dicens: « Quomodo te docet laudare Deum tu? Et respondit ille: Multum quidem et multipleriter: nam cum intue illud animal, ita horribile in aspectu, veneno plenum, a corpore turgidum, super pectus gradiens super terram, oculis transversis, considero Deum talē me potuisse facere; fecit autem rationabilem creaturam sui capacem. » Si enim Deus nos fecisset esse silicem, arborē, vīperā, magnū utique fuisse Creatoris beneficium; at vero ex quo nos creavit, esse tam subline nobis dedit, longe maius nostram sibi astrinxit gratitudinem.

f. — Pulchre nec minus pie in hunc locum scribit Simon Cassianus, *lib. V.* cap. xxv: « Habet antem, » ait, « quid occultū mysteriū, et moralis, quod manus expetitur imponenda, et tandem manus sit plasmas, et liberans. Bene enim consciē erant viri quod Deus, in primo molimini rerum, suis manibus e pulvere terre hominem in elegantem Dei imaginem formaverit. Petunt ergo, ut ipsasmet manū admovant, ut hominem a tanta infirmitatis oppressione liberet. Sciebat enim quod Deus illius quod creavit, magnam solet gerere curam, illud amare, in illo quasi thronum et Paradisum collare, necon multis donis cumulare.

VERSUS 33.

Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas ejus, et expunis tetigit linguis ejus.

Et apprehendens eum de turba seorsum.

1. — Graecus textus habet: *Cum seducisset eum de turba seorsum. Multe porro sunt horum verborum interpretationes, facte a Doctoribus et sanctis Patribus. Dionysius Carthusianus ideo miserum hominem separatum fuisse a turba existimat, eo quod Christus hanc iudicavit indignam, que miraculum videtur, ob nimis vitium curiositatis: « Quia turba fuit indigna videre istud miraculum quoniam forsitan ex curiositate optavit aliquod rarum vide. » Euthymius ait: « Cognoscens, multitudini quosdam esse immixtos, qui reprehenderent. » Theophylactus vero, ideo factum censem, quia non erat arrogans sectator, qui se humiliaverat usque ad nostram inopiam. » Quocum coincidit illa Chrysostomi doctrina, inquit: « Ut divina miracula non faceret manifeste, instruens nos vanam gloriam ejicere et tumorem; nihil enim est, ex quo aliquis sic miracula operetur, sicut si humiliaret colat et modestiam sequitur. » Idem punctum attingit Jansenius in illis verbis: « Nolam miraculum manifeste facere, ne videatur popularis laudis affectator. » Vel tandem etiam cum Theophylacto dicere possumus:*

« Ut plurimum noluit coram multititudine miracula facere, nisi propter videntium utilitatem. » Cogoverat indubie Christus, majorem hujus turbae partem, nullum ex miraculo publico habituram esse emolumentum et ideo omnem declinarus offense occasionem, in locum secretiore recessit.

2. — *Omnia in figura contingebant. Unde Eusebius Gallicanus, in hac turba, multititudinem dicit signari vitiorum: « Hęc enim turba, de qua hic homo a Domino trahitur, vitiorum est multitudo, qui de haec turba non trahitur a Domino, non sanatur. »*

3. — Alia insuper hujus successus ratio dari potest; figurabat namque, ut diximus, hic mutus et surdus peccatore, multa vitiorum consuetudine depravatum; et ideo Christus eum sanatus, singulari cum industria a turba sequestravit: « Ad designandum, » verba sunt Dionysii Carthusiani, « quod spiritualiter muti et surdi, secreto admoneo; nenti sint atque docendi, ne ex humano rubore retrahantur ab advertenti et ponientia. »

4. — Beda in homilia hujus Dominicæ sequentem nobis tradit moralitatem: « Prima namque salutis spes est, quemlibet assuetos vitiorum tumultus, turbasque deserere. » Glossa Interlinearis de strepitu mundi intelligit, ut glossa ordinaria habeat: « Seorsum a turbulenta cogitationibus et actibus inordinatis, sermonibusque incompositis educitur, qui sanari meretur. » Ratio autem, quare Deo adhesurus, sueque saluti consularus, se necessario a mundo sequestrare debet, hec adducetur ab Hugo Cardinale: « Qui vult sanari a peccatis, debet tumultum mundi evitare, quia corrumpunt bonos mores colloquia prava. »

5. — *Opus est, ut separateur a turba, id est, ab occasione peccandi, cuius una maxima est pars, mala societas, de qua Apostolus: « Ius: Corrumpt bonos mores colloquia prava. »*

7. — Propterea etiam advertendum est, quod Christus digitos surdi auriculis intromittens, qui idem spiritualiter suas ei divinas illustrationes impetrabat, nos docere voluerit, opus esse dicta sequestratione, si eum, ipsiusque dona cum animarum nostrorum fructu recipere velimus; et ideo S. Augustinus se ad Deum conversurus, totumque corpus illi reseraturus, divinis gratis donisque celestibus recipiens inidoneum se existimavit, nisi in soliditate degeret, omni proscripto sodalitio: « Solitudo enim mihi, » inquit, *lib. VIII conf.*, xi, « ad negotium fendi aptior suggerebatur. » Id quod attestatur et Spiritus in verbis illis: *Ducam eam in soliditudinem et ibi loquar ad cor ejus. Hugo de S. Victore querit: « Quid est, quod semper loquitur in secreto Deus? » sibique ipsi respondet: « Nisi quod nos ad secretum vocat. » Semel quidem iterumque in Cantico Cantorum Sponsa, figura dilectae Deo anima, depredatrici, nobisque tanquam sublime celestium donorum et gratiarum fastigium representatur, at eō tantum tempore, quo inimici multitudini sola in deserto reperta fuit. Cant., m, 6: « Quia est ista, quae ascendit per desertum, sicut virgula fumi, et aromatibus myrrae et thuris? El iterum, Cant., viii, 5: « Quia est ista, quae ascendit de deserto, deliciis affluens? Admiranda illa sacra Apocalypses mysteria S. Joanni non alibi, quam in soliditate exhibita fuere, Apoc., xvi, 3: Abstulit*

me in desertum. Eamdem in secessu gratiam expiebatur anima illa, que dicebat, *Ose.*, iii, 5 : *Cognoui te in deserto, in terra solitudinis.* Hisce addere placet illud S. Augustini, de S. Monachis, desertum incolentibus scriptitatis testimonium : « Desertissimas terras incolunt, perfuntes colloquio Dei, qui puris mentibus inhaeserunt. » Imo teste Angelico Doctore, conservante cordium nostrorum puritati et munditate, secessus servit necessarius : « Pro puritate cordis solitudo est sectanda. » Orientalium dicitissimum, multorumque Dominus populorum Propheta Job de seipso asserit : *Requiescerem cum regibus et consulibus terra, qui adiungunt sibi solitudines.* Qua verba interpretans S. Gregorius, existimat Primate illos veras sibi edificasse solitudines, ubi, in medio liceat mundi, interque alios subsisterent, ita nihilominus vita sua rationem instituebant, quasi extra mundum soli degarent, sine ultro temporali honorum affectu : « *Adiungant solitudines,* id est, de corde suo terrena desideria expellunt et seipso a tumultu mundi, « quantum possunt, elongant, ut soli sint et idonei « loqui cum Deo. »

8. — Docte advertit Lucas Brugensis, quod Christus miserum hunc pristine sanitati restitutus, duxerit « Extra turbam populi, non tamen extra populorum suorum et eorum, a quibus offerebatur consortium. » Quia siue antiquorum perversorum sodalium consortium perniciosum est resipiscendi, perque viam penitentiae ad Deum redunt, ita et converso summe eidem utilis est et necessaria honorum, piorumque conversatio, ut per exemplare eorum vitam, sanctasque admonitiones stabilitor in bonis : *Cum Sancto Sanctus eris, cum viro innocentio innocens eris.* Psal. xvii, 26.

Misit digitos suos.

9. — *Misit verbum suum,* inquit Psaltes regius, *Psal.* cxi, 20, et *sauvixi eos,* et *eripuit eos de interioribus eorum.* Potuisse Christum unico verbo, imo uno simplicissimo voluntatis sue acta hunc afflictissimum sanare, prout mundavit leprosum, dicens, *Math.*, viii, 3 : *Volo, mundare;* et *confessatus mundatus est leprosus ejus.* Quemadmodum et in filio videtur dicimus factum, *Luc.*, vii, 14 : *Adolescens, tibi dico surge.* Ad quid igitur hinc surdum et mutum sanaturs, tanta adhibet media? In quem finem primo turbans inducit, ut intercedat pro infirmi liberatione, deinde ipse manu apprehensa, cum a multitudine sequestrat, postmodum digitos in aures surdi immittit, linguaque muti saliva sua consergit, cur tandem elevatis sursum oculis ingemescit? Sapientia inreata miraculum hoc diebus circumstantis insigni voluit, ut doceremur, eam in negotiis salutis nostre non tantum operari et desudare, quantum potest ex parte sua, sed cognoscere mus insuperabilem propemodum difficultatem illam, qua se offert in conversione inveterati ejusunque peccatoris, qui ad omnes, tot inspirationibus internis, tot tribulationibus et penitis, tot Predicatorum monitis et minis replicatas, Dei voces surdaster obduravit in auditu cordis sui. De quo dicitur, *Ezech.*, xiv, 12 : *Multo labore sudatum est et non exiuit de ea,* scilicet peccatoris inveterata anima, *nunca rubigo ejus.* In Hebreo textu dicitur : *Non exiuit rubigo abominationis et obstinationis.*

10. — Aliam insinuat rationem Salmeron hisce verbis : « Ut ostenderet se ita salutis aeternae medietatem esse, ut velit salutis adjunctionem non negligi, sed suscipi debere. » Posset, quidem Deus, vi sapientie et omnipotencie sue, perfectam operari salutem nostram, quia, *Luc.*, i, 37 : *Non est impossibile apud Deum omne verbum;* al ita negotium disponit, ut velit a nobis etiam applicari media et instrumenta, a se hume in finem provide ordinata; verbum scilicet Dei, orationes, frequens Sacramentorum exercitium et similia alia. Subiungit idem auctor aliarn adhuc in loco citato causam hujus facti, dum ait : « Ut ostenderet, quam grave sit et difficile, eum hominem revalescere, qui neque bona audit, neque bona loqui potest, et ad hoc malum, non naturali quadam defectu, sed demonis maliitia pervernit. »

11. — Victor Antiochenus opinatur, Christum hoc digitorum suorum attactu significare voluisse miraculosos et supernaturem sacrisimam sue humanitatis virtutem : « Infert digitos in aures ejus, « cum solo verbo miraculum patrare voluerit, quo corpus, modo qui verbis exprimi nequit, ipsi unilum, animaque intelligenti ac rationali informatum, divinae virtutis vim et energiam obtinere commandret. » Eadem est sententia Dionysii Carthusiani dicentes Christum hoc fecisse, « ad innundum, quod divinitas sua operatur per corpus suum et corporis membra, tanquam per instrumentum proprium animatum conjunctum. »

12. — Salmeron ex hoc digitorum Christi tactu, laudabilissimum elicit, inique Ecclesia frequentatum SS. Reliquiarum usum : « Ut ad infirmitates nostras sublevandas, doceret nos, quae sancta sunt vel ad Martyrum reliquias spectant, « vel que per Ecclesiam, benedictionem et sanctificationem habent, adhibere. »

13. — Albertus Magnus aliquid in hisce digitis contentum docet esse mysterium : « Digitis isti significant virtutem operativam, qua cuncta condidit per potentiam, sapientiam et honestatem; « *Isa.*, xl, 12 : *Qui appendit tribus digitis molam e terra.* »

14. — Devota haec turba, afflictissimi hominis efflagitans sanitatem, non duas, sed unam tantummodo manum Christi imponit rogat : *Deprecabantur ut imponeret illi manum.* Sed Deus noster, qui sancta

dum autem aures interiores hominis, et spiritualiter surdi, discretio magna exigitur.

18. — Quare porro Christus digitos potius quam manum ipsam huic mysterio adhibuerit, diversa ab Expositoris variis, eaque morales adducuntur rationes. « Digitis potius quam manibus aures appetiuntur, » inquit Angelus Paz, in *Marc.*, « quod durioribus Christi operibus, videlicet penitentiam et angustias, neenon molestias, que imponentur tem inverberi, melius a viatis homo retrahatur, quam premis et mollioribus, que in carnositate manuum designantur; digitis enim per ossa asperiores sunt. » Non est, cur animus despondeamus in adversis et tribulationibus, aut quando, cum Rege Israel, de persecutione et subjugatione informamur per Michaeam; omnia namque hec ordinat Deus ad recudendas aures cordis nostri, clausas ceteroque vocibus divinis, ut tandem adversitatibus compulsi, auditus praebamus veritati, qui nequivat extorqueri in prosperis.

19. — Albertus Magnus pariter in digitis supplici considerat justitiae divine : « Per digitos, qui per articulos distinguuntur, quid aliud intelligitur, nisi discreta sententia Dei, quam in extremo iudicio profert contra omnes operarios iniquitatis per quam unusquisque recipiet, prout in corpore gesit, sive bonum, sive malum. Necessitas habes, o peccator, ut Dominus hos digitos suos in aures tui cordis immittat, ut videat quasi jam suum tribunali assistas, contra te aeternae damnationis sententiam proferandam pertimescas. »

In auriculas ejus.

20. — Salmeron verba hec peccatoris applicans, neendum justificato, cum aures asininas habere affirmat : « Auriculas autem asininas habet homo animalis, nondum justificatus; ante fidem enim non credit, nec intelligit, nec sapit, quae sunt spiritus Dei, stolidus enim est illi. » Adduct porro auctor idem illum Actuum Apostolicorum textum, ubi praedicante Athenis Apostolo, multi dixisse leguntur, *Act. Ap.*, xvi, 18 : *Quid vult semiinverberius hic?* « Ejusmodi auriculis percipit, de quibus Apostolus, « *Il Tim.*, iv, 4 : *A veritate quidem auditum auerterent, ad fabulas autem convertentur;* et ut istorum dicuntur auriculae, ita virorum justorum dicuntur aures, quia jam sunt curiae a surditate, quibus sapientia divina. »

21. — Interrogaverit forte quispiam, quare in creatu et incarnata Sapientia primo loco surditatem curare voluerit? Ad hoc respondet Angelus de Paz : « Incipit ab auriculis curatio hujus, quia vim totam Satan in eis posuerat, et robur fortitudinis sue ipsorum, significatur discretio. » Advertant hic omnes illi, quibus ex vi offici, matos et surdos spirituales curare, animasque in peccatis inveteratas ad penitentiam reducere incumbit. Ad aperient

placere Deo. Et iterum, Rom., x, 17 : *Fides est ex auditu.* Nihilominus per digitos intelligendo Spiritus Sancti dona et gratias, quis non videt, quod, ut cooperemur iis, prima omnium necessaria sit spiritualis auditus nostri restitutio? *Psal. xcvi, 8 : Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurate corda vestra.* Aures nostre patule et apte manente oportet vocibus et verbis divinis, si digitorum Dei operationem in nobis experiiri affectemus: *Spiritus ubi vult, spirat, et vocem ejus audis.* *Joan., iii, 8.*

Et expuens.

22. — « Sputum quoque capitis et oris Domini, » inquit Beda, in *Hom. hujus Dom.*, « verbum est « Evangelii, quod ex invisibili divinitatis arcane sumptum, visibile mundo, ut sanari posset, « ministrare dignatus est. »

23. — Dionysius Carthusianus, in *Marc.*, in hac salva sapientiam designari docet: « Quia per salivam, sine qua verba formari non possunt perfecte, sapientia figuratur, sine qua nemo rationabiliter loquitur; expuist ergo et tetigit linguam surdi ac muti, ad insinuandum, quod, qui mutus est a proclamatione verborum coelestium ac salvacionis, recte et moriter loqui non potest, nisi divina sapientia perfundatur; propter quod orat *Apostolus*, ut detur sibi sapientia in apertione oris. »

24. — S. Antonius de Padua ita explicat: « Saliva dicitur, dum est in ore; dum projectur, « sputum; sputum namque Dei est sapor divinus « sapientie, que dicit Ecclesiasticus, xxv, 5: *Ego ex ore Altissimi prodidi.* »

25. — Theophylactus porro Christum in hoc sputo, divinitatis sue effectus declarare voluisse perpendit: « Ut ostenderet omnes partes sanctae « carnis sua sanctas ac divinas esse, adeo ut et « sputum solveret vinecum lingue; tametsi superfluitas sit omne sputum, sed in Domino admirabilia erant et divina omnia. »

Tetigit linguam ejus.

26. — « Tetigit digitum, » inquit Lucas Brugensis, « saliva tincto; » non intra muti fauces spechuat Christus, sed decantori usus methodo, linguam ejus uno altero digitorum madefacto attingit, interpretando porro in digitis Spiritum Sanctum, in saliva autem sapientiam, planum est nos doceri, sapientem sermonem non obtineri sine Spiritu Sancto, hic enim est, qui nos modum docet discendi de rebus divinis, bene loquendi de proximis, aliosque pios et virtuosos frequentandi sermones. Nullum corporis nostri membrum tanta refrenatione indiget, quanta unica lingua, quia *mors et vita in manu lingua.* *Prov., xviii, 21.* Unde S. Chrysostomus, in *Psal. xl*, ait: « Lingua omnium malorum causa « si negligatur, quemadmodum honorum, si in ea

« studium et cura ponatur. » Sapienter proinde etiam sancta Ecclesia in hymno, ad Primam recitari solito, ordinavit, ut quotidie in principio diei a Deo flagitemus Christianam vite nostrae innocentiam, « Deum preceumur supplies, Ut in diurnis « actibus, Nos servet a nocentibus. » Verumtamen ad hoc consequendum, immediate subjungitur: « Lingua referens temperet. » Si enim irrefraterna et dissoluta fuerit, evidens est, nec eam a digito Dei tactam, ne a Spiritu animatum esse. Exhortatur nos equidem *Apostolus*, *Ephes., iv, 30*, dicens: *Nolite contristare Spiritum Sanctum.* At in solo lingua abusu hanc constrictiōnem consistere docet, dum parum ante premittit: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat; sed si quid bonum ad zedificationem fidei, ut det gratiam audiendis.* Tanta etenim verborum obscenarum, injuriosorum, maledicorum, blasphemorum et similium est impietas, ut ipsum Spiritum Sanctum, si ceteroquin doloris et afflictionis capax esset, cruciat.

27. — Chrysostomus, *Hom. xv*, ita nos omnes adhortatur et singulos: « Os habes spirituale obsignatum Spiritu Sancto: cogita, quae est oris tui dignitas; cogita, quae mensa signatum sit os tuum, quae contingat, quae degustet. » Hæcque in ter alias non infima assignatur ratio, quare Spiritus Sanctus super *Apostolos*, in lingue figura descedenter, nimirus ad sanctificandam linguam omnium nostrorum; unde quidam illorum verborum, *desperitiae lingua*, interpres ita discurrit: « Lingua rerum renovatio necessaria erat; aliquo nullum est membrum, quo plus peccetur; sic et contra nullum membrum salubrium bona lingua. » Id quod et *Salmeron* prosecutur, dum ait: « Nullum in homine membrum erat, quod Spiritus Sancti « gubernaculis magis indigeret, quam lingua; lingua enim nullus homo domare potest. » Sed si Sapiens docet, frenum ejus in manu Domini situatum est: *Hominis est, animalium præparare, et Domini gubernare lingua.* *Prov., xi, 1.* S. Antonius de Padua sequentem lingue nostra considerationem adducit, *Serm. in die Pentec.*: « Lingua est membrum frigidum, natat enim in humido, et « idea malum inquietum, plenum veneno mortiferio, quo nihil frigidus; ideo Spiritus Sanctus in linguis ignis apparuit, ut linguis linguis, ignem « veneno mortifero opponeret. »

28. — In linguis insuper sensum gustus, saporis discretivum, residere, nemo est, qui nesciat; quam ob causam Dionysius Carthusianus, *Serm. iii in hac Dom.*, ait: « Quod enim peccator a verbis « salutaribus obmutescet, hinc oritur, quod ea, « quae Dei sunt, sibi non sapient, sicut testatur *Apostolus*, *1 Cor.*, ii, 14: *Animalia homo non percipit ea, quae sunt Spiritus Dei*, nec gustat, « quam dulcis est Deus, nec coelesta et terrena « bona desiderat, sed tota ejus affectio est ad car-

« nalia et terrena; dum dono sapientiae anima « perfunditur, » quia scilicet Christus eam saliva, divinæ sapientiae sue symbolo, attingit, « protinus « audit, quid loquatur in ea Dominus Deus; et « incipit loqui ea, quae Dei sunt et salutem con- « cernunt, et tunc carnalia et caduca ei desipiunt. » Manifestum est hujus rei in *S. Augustino* exemplum, qui ad Deum conversus, *loquebatur recte*: confutando scilicet heres, fidem propagando catholicam, suos corruptos emendando mores, et Evangelium predicando. Unde S. Gregorius in homilia offici hodierni matutinalis dicit: « Saliva « ex ore Redemptoris, sapientia in eloquio divina. » Quae profecta eloquentia in ejus tum lingua, tum calamo admiranda emicuit, qui prius ad instar muti et surdi languagebat.

29. — S. Antonius, *Serm. in Dom. XI post Trin.*, aliam hujus mysterii rationem attingens, ait: « Expuens ergo, linguam muti, non loquatur, tan- « git; cum omnia dura guttura ad peccata sua « confinda, ad verba sapientie proferenda, con- « tactu suis pietatis informat. »

30. — Lucas Brugensis naturalem hujus, mediante saliva, tactus rationem adducens, inquit: « Quia baborum lingua, præ oris siccitate, palato, « farinibus adhaerescere, eamque ob causam « difficulter, quod vult, eloqui videtur, humectabat « saliva sua Jesus hujus linguan, per salivam enim « lingua mobilis ac volubilis redditur. »

Additiones.

a. — *Et apprehendens eum de turba seorsum, etc.* Carthusianus ait: « De turba seorsum, vel quia « digna non erat videre mysterium hujus mira- « culi, vel ad designandum quod spiritualiter surdi « et muti, secreto admonendi sunt et docendi, ne « ex humano rubore retrahantur ab advertienti, et « peccantia. » Publica enim reprehensione homo aliquando fit impudentior et obstinatior; seorsum admonendus est, ne verecunda afficiatur, qua hebes et tardus fiat ad peccantiam. Charitatibus ille pater filium suum prodigium sordidis lacerisque vestibus amictum a longe propiciens, subito suis precepit dicens: *Cito proferte stolam primam et tenui- « due illum.* Verumtamen priusquam vestes atlatae fuissent, in ejus amplexum corruit; eius facti D. Chrysologum velim auscultetis, qui ait: « Ideo « pater peccata filii clausit amplexu, ne nudaret « pater filii criminis, pater filium ne fedaret. Sus- « tulit filii sui criminis, qui non sustulit nuditatem; « hinc est quod a servis ante vestem voluit illum « quam videri, ut soli patri nota esset nuditas. » Observandum quoque est quod pater iste filium suum non reprehenderit, neque ei exprobaverit superioris vita ejus dissolutionem. « Non dixit: « Unde venis? Ubi fuisti? Quare tantam gloriam « tanta turpitudine commutasti? Sed: *Cito proferte*

« stolam primam et induere illum. Delicta qui dis- « cutit prodit. » Similiter quando Salvator nos- ter lasceram illam mulierem Samaritanam ad viam virutis et sanctimonies reducere, eique ejus impudicitiam manifestare voluit, ad illum se locum recepit, ubi illa se reprehendendam esse minime suspicari poterat, dimissisque discipulis suis, solus cum solo aede secrete de ejus defectibus eam allo- « catus fuit, ut discipuli ex urbe Samaria reverentes, quae de cum illa disseruerint, minime advertevere potuerint: *Mirabantur quidem, quia cum muliere loquebatur.* *Joan., iv, 27.* Sed quae de cum illa loqueretur ignorabant.

b. — Ceremonia quibus Dominus uititur, omnes sua continent mysteria. Prima quod illius a turba seorsum ducat, intellige, si Domini queras gratias esse, vel parum, a turba, id est, a bonis terrenis et voluntatis sequestrandum; siquidem in bonis hisce terrenis anima perditur, dum aeterna negliguntur. Felices utique essentis, si eadem nobis esset de anima, que de vili aliquo catello estimatio; jam enim aeterna salus nostra in seculo posita esset. *Catelli edunt de meis quæ cadunt de mensa dominiorum suorum*, anima autem nostra sepe contenta esset, si gaudere posset meis, que cadunt de mensa servi et mancipi sui, id est, corporis. Postquam enim hoc omnia sua accepit solatia, recreations, quietem, studium, refectiones in mensa, anima nostra abunde sufficeret, si vel modicum tempus adhiberemus in curam et refectionem illius, tametsi etiam ex viginti quatuor horis, non nisi unica quotidie in illius applicaretur obsequium. Postquam corpus delicatis cibis pastum est, sufficeret anima si de laute mensa illius reliquias deque divitis que ipsi ad delicias superfluent, etiam non nihil inter pauperes distribueretur, sufficeret in quantum anima, si aliqua particula illorum Deo, aut egenis communicaretur: *Quod superest date pauperibus.* Atque vero neque hanc erga animam nostram pietatem habemus, id quod in divitiis illo epulone adimplendum esse clara videtur, de quo S. Augustinus in proposito de stilla aqua, quam is a Lazaroposse scribens, dicit: « Qua fronte queris guttam, qui nolunist porrigerre micam? Juste nunc « exigeres, si dedisses. »

c. — Christus Dominus in edendis miraculis, non us ostentatione, sed nostræ consulebat necessitatibus; et sic aliquando inspectante turba, ob ilium magnum bonum miracula faciebat, aliquando privatim, ne populum planum affectare videretur; instruens nos ad sectandam humilitatem, que maxime ad magna perpetrandis donaque et gratias Dei recipiendas inseruit. Admiramus omnes copiosos gratiarum consolationumque Paradiſi torrentes in Davide, eumque coelestibus obstupescimus illuminatum illuminationibus: *Inebriabantur ab ubertate*